

quam habemus intus in Salpis in pictacio Sancti Martini secundum fines inferius designatos voluntarie cum pertinentiis suis omnibus vendidimus et tradidimus. Cuius fines hii sunt primus finis est Casalimum Iohannis de raimundo et nicolai de Churipetro. Secundus finis est via publica. et inter est ingressus et egressus eius Tercius finis est. Casalimum Alfarane f. Guillelmi de Marsico. Quartus finis est. Casalimum Ameline olim filie filachise et trasinda communis inter ipsam domum et domum Guillelmi de dompno Riccardo. Ut a presenti in antea tu tuique heredes eandem venditam habeatis. possideatis. dominemini. utamini. fruamini. cum ingressu et egressu suo. et omni infra se habito de ea et in ea ut dictum quod volueritis faciatis sine nostra nostrorumque heredum molestia qualibet vel requisitione. pro qua vero nostra venditione recepimus a te carolenos auri sicilie iusti ponderis. decem et octo. finitum videlicet pretium eiusdem vendicionis. Quapropter tibi voluntarie guadiam dedimus nobismetipsis fidem. quatinus nos vel nostri heredes tibi vel tuis heredibus predictam venditionem ab omnibus hominibus defendamus. Adversum ea si fecerimus et te mihi in aliquam molestiam misimus. duplicatum. pretium eiusdem venditionis tibi et parti publice pene nomine componamus prestantibus nobis Cautionem et partis pene prestationem. hoc scripto semper in suo durante vigore. Licentiam quoque tibi dedimus pignorandi nos nostrosque heredes per omnia nostra licita et inlicita pignora sine Appellatione donec perfecta adimplantur. Quod scripsi Ego Iohannes Salparum publicus notarius qui rogatus interfui. (*Segue il segno del notaio.*)

† Iudicis Acta boni. firmat manus hec Gadeloni. (*Segue il tabellionato.*)

† Ego Jacobus Salparum Caldorum testor.

† Archipresbiteri petri haec mihi scripta tueri.